

Pont. Commissio Decretis Concilii Vat. II interpretandis

ACTA COMMISSIONUM

667

**PONTIFICIA COMMISSIO
DECRETIS CONCILII VATICANI II
INTERPRETANDIS**

Responsum ad propositum dubium

Patres Pontificiae Commissionis Decretis Concilii Vaticani II interpretandis, proposito in plenario coetu quod sequitur dubio, respondentum esse censuerunt ut infra :

(de Diaconi facultatibus quoad sacramentalia et benedictiones)

D. — Utrum et quatenus, ad normam can. 1147, § 1 C.I.C., Constitutionis dogmaticae *Lumen gentium*, n. 29 et Litterarum Apostolicarum *Sacrum Diaconatus Ordinem*, n. 22, possit diaconus benedictiones sive constitutivas sive invocativas impertire, necnon sacramentalia ministrare.

R. — Eas tantum benedictiones impertire eaque sacramentalia ministrare potest diaconus, quae eidem iure expresse conceduntur.

Ss.mus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia die 13 novembris 1974 infrascripto impertita supradictam decisionem ratam habuit, adprobavit et publicari iussit.

PERICLES Card. FELICI, Praeses